



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Monvmenta Paderbornensia

Ferdinand <II., Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1669

4. Brvnonis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11425

4. BRVNONIS, Frequens hoc nomen apud optimates Saxonum antiquorum. Is qui *Brunisbergam* ad Visurgim condidit, nomen ei dedit, & sedem ibidem habuit, frater Widekindi Magni fuit, non æquè ac ille ad retinendam patriam superstitionem obstinatus: nam prior religionem Christianam amplexus legitur. Demum An. 790. obijt, Paderbornæ sepultus. Fabr. l. 2. orig. Saxon.

5. LATINI SANGVINIS INFECTAS CAEDE VISVRGBIS AQVAS. Vellei. lib. 2. cap. 105. *& amnis mox nostra clade nobilis transitus Visurgis.* Varianam intelligit, quæ in via Visurgim versus contigit. *Varum ita acceperunt; ut omnibus ejus jussis obtemperaturi viderentur: proculque eum à Rhe-no in Cheruscorum fines ad flumen Visurgim abduxerunt.* Dio lib. 56. Nondum tamen illuc pervenerat, in itinere, antequam ad castra sita Alifone posset reverti, à Germanis oppressus & cæsus. Cur igitur ad Varianam cladem alibi illatam Visurgim Vell. & Dio nominarunt? *factum id fama amnis, quia hic ex nobilissimis amnibus cladi illi proximus fuit, XX circiter millibus passuum distitus.* Cluver. lib. 3. cap. 19. Ad ipsam postea ripam Germanicus Cæsar accessit; & flumen quod Romanos Cheruscosque interfluebat, transijt, sed non sine periculo, prælio & cæde.

6. SAXONES HIC AMNEM CAROLVM TRANSIRE PARANTEM. Quemadmodum acies Germanorum trans Visurgim stans, Germanicum transitu prohibere conata est, ita Carolum quoque, juxta *Brunesbergam*, Saxones arcere tentarunt. ut Poëta Anonym. lib. 1. A. 775. Vita Caroli M. apud Pithœum. Annales incerti Autho. apud eundem. Regin. Adelm. & Astronom. apud Reuberum, cujus hæc verba. *Inde ad Wisaram fluvium veniens*

K

niens